

725

PIERRE TOUSSAIN à Guillaume Farel [à Bâle].  
De Montbéliard, 16 juillet 1538.

Autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Calvini Opp. éd.  
cit. X, P. II, p. 222.

S. Scripseram *Grynæo* et *Carolostadio* per *Pignolum nostrum*<sup>1</sup>,  
hominem negligentem, et referebat (arbitror) aliquē ad me lite-  
rarum, sed pera ei suffurata est in reditu cum literis. Quod tu  
bonis illis viris significabis, rescribesque si quid habes quod meā  
referre putes, ut sciam: de *Comite Palatino*, an Evangelium rece-  
perit<sup>2</sup>, an *Blaurerus* certō domum redierit, et quid in causa sit<sup>3</sup>,  
an *Principes et Civitates Imperii* sint in isto novo federe *Cæsaris*

<sup>1</sup> Voyez, sur *André Carlstadt*, l'Index du tome III, et, sur *André Pignoli*, l'Index du t. IV.

<sup>2</sup> C'était de l'*électeur palatin* Louis III, plutôt que de son frère, le *comte palatin* Frédéric II, qu'on attendait une franche et complète adhésion à la Réforme. Martin Frecht écrivait d'Ulm à Ambroise Blaarer, le 14 mai 1538 : « Simon Sultzzerus, Bernas, octiduo elapso, ex Augusta huc venit salutandi fratres gratiā. Is in die Pascatis [21 Aprilis] fuit Vuittenbergæ.... atque mihi retulit : *Lutheri* animum in concordiam esse propensissimum, qui in mensa sua narravit sibi, *Electorem Principem Palatinum* Vuittenbergam pro evangelico prædicatore scripsisse, cujus pia opera uti in aula velit. » (Autogr. Bibl. de la ville de Saint-Gall.) Le comte palatin Frédéric II penchait aussi vers la Réforme, mais il tenait à ménager l'Empereur, dont il avait épousé la nièce, et ce fut seulement après la mort de son frère qu'il supprima le culte catholique à Heidelberg (janvier 1546).

<sup>3</sup> *Ambroise Blaarer*, récemment congédié par le duc de Wurtemberg (N° 718, n. 3), n'était pas retourné à *Constance*, sa ville natale; il s'était arrêté à *Isny*, d'où il ne partit que vers la fin de septembre (Voyez les lettres écrites à Blaarer le 27 août 1538 par Martin Frecht, le 15 septembre par Boniface Wolfhard. Bibl. de Saint-Gall).

et *Galli*<sup>4</sup>, quid speres de *Gallia*<sup>5</sup> ? etc. Si fieri posset ulla ratione, vellem te et *Calvinum* redire, si non *Genevam*, saltem *Losannam* aut aliò in ditionem *Bernensium*, non tam ut illis inserviat, quàm ut gratiores sitis ad annuntiandum aliis posthac Evangelium. Binas accepi hac septima[na] literas ab *his quos semel unà invisimus*<sup>6</sup>, sed furiunt adversarii supramodum<sup>7</sup>.

Audio *Episcopum et Primores urbis Bisuntinæ*<sup>8</sup> coactos fuisse, ut redderent *caussas mortis Lamblini*<sup>9</sup> civibus. Sed nihil aliud convictus est perpetrasse, quàm quòd habuit et legit domi Evangelium, dixitque (puto) aliquando, oleum istud sacerdotum ad equos scabiosos, quàm ad homines ægrotos unguendos utilius esse.

<sup>4</sup> Voyez le N° 722, note 10.

<sup>5</sup> Les Évangéliques n'avaient guère lieu d'espérer au sujet de la *France*. Dans la lettre qu'il adressa de Nîmes, le 13 juillet, à Pomponio [Trivulce], gouverneur de Lyon, le roi *François I* disait en parlant de son entrevue avec l'Empereur à Aigues-Mortes : « Je vous puis affermer que oncques princes ne furent plus contens l'ung de l'autre que nous sommes. Et fais bien mon compte que, par les effectz quil s'en suyvront si-après...., l'on pourra dire et devra l'on estimer que les affaires du dict seigneur Empereur et les miennes ne seront plus qu'une mesme chose » (Lettre imprimée en 1538. Archives curieuses de l'Hist. de France, III, 26-28). On sait de plus que le roi de France s'était engagé, envers Charles-Quint et le pape Paul III, à leur prêter son assistance pour « induire amiablement les dévoyés de la foi » à rentrer dans le giron de l'Église (Voyez Hugo Læmmer. Monumenta Vaticana. Friburgi Brisg. 1861, p. 191, 193, 194).

<sup>6</sup> Allusion aux *Évangéliques de Metz* (N° 140, note 5 ; 675, renvoi de note 4).

<sup>7</sup> Les documents contemporains ne fournissent aucun détail sur cette lutte des partis religieux dans la ville de Metz.

<sup>8</sup> L'archevêque de *Besançon* était *Antoine de Vergy* (N° 623, note 3).

<sup>9</sup> Le supplice de *Lambelin*, qui semble avoir été l'un des citoyens notables de la ville de *Besançon*, n'est pas mentionné dans l'Histoire des Martyrs. On ignore même la date précise de sa mort. Peut-être était-ce de lui que parlait *Érasme de Rotterdam* en écrivant à Gilbert Cousin, le 11 mars 1536 : « Amo te quòd libros ac literas meas *Besontione* bona fide reddideris.... *Leignièri* vicem ex animo doleo. De *Lambelino* quòd monueris habeo gratiam. Veteres amici decedunt, parandi novi sunt, qui succedant » (Erasmii Opp. Éd. de Londres, p. 1565). Farel nous apprend qu'il fut jugé par le parlement de Dôle, et il rend au martyr ce beau témoignage : « Pius ille *Lambelinus*, Dei amans et reipublicæ commodis studens, adeò ut à ducentis annis *Vesuntione* non fuerit fidus magis illi urbi, neque de ea tam bene meritus » (Lettre du 5 septembre 1540).

Nec admonitus est ut recantaret aut pœniteret, si quid peccasset, sed hominem, variis cruciatibus in vinculis affectum et semimortuum, pertraxerunt ad supplicium nihil tale cogitantem, ut qui nullius mali facinoris sibi conscius esset. Cæterum, quoniam hic pius vir proditiōnis accusatus fuit apud *Cæsarem*, et nonnulli alii boni viri, — Dominus *Dancey*<sup>10</sup> (ut vocant), vir bonus et potens, in aulam *Cæsaris* profectus est, quò suam, *martyris* et aliorum quorundam innocentiam testetur, adversariorumque fraudes et iniquitatem prodatur. Et audio jam *Canonicos* aliquot, delatores falsos et hujus cædis primos authores, urbem reliquisse. Potens est Dominus convertere Principum animos et illustrare cognitione Verbi sui, ut tandem agnita veritate compescant furiosos istos homines, quibus nihil tam est cordi quàm ut optimum quemque perdant et sanguinem innocentium effundant sine fine<sup>11</sup>.

Vale in Domino, et saluta mihi eosdem *Gryperum* et *Carolostudium*, simul et fratres omnes *Gallos*<sup>12</sup>. *Nicolaus*<sup>13</sup> plurimum te salutatur, et unà te per Christum obsecramus, ut significes nobis amicè et familiariter si putas nos posse tibi ulla in re gratificari, quem ex toto pectore amamus in Domino. Monbelgardi, 16 Julii 38.

Tuus P. TOSSANUS.

Si quid extat de *istis induciis*, mitte ad me; nam *Pignolus* dicebat aliquid excudi ea de re cum isthic esset, et sparsus hic est rumor *Regem* et *Bernates* necesse habere reddere *Sabaudiam Duci*<sup>14</sup>.

(*Inscriptio* :) Guilielmo Farello, fratri suo et amico colendissimo.

<sup>10</sup> Ce personnage tirait sans doute son nom de la seigneurie d'*Ancey*, située à quatre lieues de Dijon. Un gentilhomme appelé *Danzay* était en 1548 l'un des agents secrets du roi de France à Strasbourg (Voyez, dans la collection de Documents inédits sur l'Hist. de France, les pièces relatives au règne de François II, p. xi).

<sup>11</sup> Dans d'autres parties de la Franche-Comté, le fanatisme religieux était excité par les prédications de quelques moines mendiants. Le 14 juillet 1538, *Gilbert Cousin* écrivait en effet de Nozeroy, sa ville natale, à Boniface Amerbach : « Πρωτόν quorundam improbitate, aliis super alias procellis *nostra regio* miserè afflictatur, quæ vel hoc inprimis nomine gravior invisiorque mihi est, quòd in ea abstinere a Musarum ac Gratiarum commercio cogor » (Mscr. autogr. Arch. de l'église de Bâle). A comparer avec la note 2 du N° 605.

<sup>12</sup> Quelques-uns de ces Français sont mentionnés dans les lettres de Calvin écrites de Bâle en 1538.

<sup>13</sup> *Nicolas de la Garenne*, collègue de Toussain à Monthéliard.

<sup>14</sup> Ce fut seulement en 1559 et en 1564 que la plupart des pays enlevés au duc Charles III (1536) furent restitués à son successeur.

## 726

JEAN CALVIN à Thomas Grynæus<sup>1</sup>, à Berne\*.  
De Bâle, 20 juillet (1538).

Autographe. Bibl. de l'Université d'Erlangen. Calvini Opp. éd.  
cit. X, P. II, p. 224.

Salutem, integerrime et amicissime Thoma! *Frater meus*<sup>2</sup>, quem *Genevæ reliqueram, mihi per literas indicavit, se arcam unam istuc misisse ac jussisse apud te deponi, ut fide diligentiaque tua prima quaque occasione huc transmitteretur.* Quum in ea inclusa sint quædam quorum mihi quotidianus est usus, huc quàm celerrimè fieri possit deportatam optarim. Si quem ergo fidum nuncium nactus fueris, mihi, quaeso, significa an receperis et quam rationem habeas huc transmittendi. Quòd si auriga contingeret, multò magis advehi protinus cupiam, quàm de ratione vecturæ ultro citro-

<sup>1</sup> *Thomas Grynæus*, né en 1512 à Vehringen, dans le comté de Zoltern (Souabe), était l'un des neveux du célèbre professeur *Simon Grynæus*. En 1525 il se rendit auprès de lui à Heidelberg, où il fit ses premières études classiques, et le suivit à Bâle en 1529 (N° 460, n. 1). Cinq ou six ans plus tard, il fut appelé à Berne pour y enseigner le latin et le grec dans le collège destiné à former des pasteurs. *Calvin* avait dû faire la connaissance de Thomas Grynæus à l'époque de son premier séjour à Bâle, c'est-à-dire en 1535 (Voyez les N° 527; 533, n. 2 et 8. — La Préface de l'ouvrage intitulé « *Joannis Jacobi Grynæi Epistolæ familiares. Francofurti, 1715.* » — *Athenæ Rauricæ*, p. 261).

<sup>2</sup> Il ne restait à Calvin qu'un seul frère, *Antoine*, qu'il avait emmené de France en 1534 (N° 568, n. 3). *Charles*, leur frère aîné, curé de Roupy et chapelain à Noyon, était mort dans cette ville le 31 octobre 1537 (Voyez Le Vasseur. *Annales de la cathédrale de Noyon*, p. 1166. — C. Drelincourt. *Défense de Calvin*, 1667, p. 228, 229, 236, 237).

\* Avec une obligeance qui est bien dans les mœurs de la république des lettres, M. le D<sup>r</sup> Jules Bonnet de Nîmes nous a spontanément communiqué, il y a plusieurs années, une copie de cette pièce qu'il avait reçue de M. le professeur Auguste Ebrard d'Erlangen.

que inter nos deliberari. Ego de fide tua securus diligentiam studiumque tuum imploro, ne id quidem ipsum facturus, nisi illam ultra modum appetere cogeret carendi difficultas. *Vix tibi in hac mea conditione industriam meam vicissim offerre audeo, quam tamen expositam esse tibi non dubitas.* Vale, optime et animo meo dilectissime frater. Basileæ, 20 Julii<sup>3</sup>.

CALVINUS TUUS.

(*Inscriptio* :) D. Thomæ Grynæo, bonarum literarum professori eruditissimo. Bernæ.

## 727

G. FAREL ET J. CALVIN à Pierre Viret, à Lausanne.  
De Bâle, 20 juillet (1538).

Manuscrit original, de la main de Calvin. Bibl. Publ. de Genève.  
Vol. n° 106. Calvini Opp. Ed. Brunsv. X, P. II, p 223.

S. Satis intelligis [gratius<sup>1</sup>] nihil, hoc præsertim tempore, contingere ab hominibus nobis posse vel solo tuo aspectu, nedum aliquot dierum colloquio<sup>2</sup>. Ac parùm abfuit, quin mihi istius lætitiæ

<sup>3</sup> Le millésime résulte avec évidence du contenu de la lettre. Ce n'est pas en juillet 1536 que *Jean Calvin*, après avoir accepté des fonctions à Genève, se serait fait envoyer ses effets à Bâle, où il ne voulait rester que peu de jours. Mais l'on comprend très-bien qu'en 1538, exilé de Genève et ignorant encore son futur domicile, il ait, avant son départ (24 avril), laissé la majeure partie de ses hardes chez son frère *Antoine*, dans l'intention de les réclamer plus tard (Voyez les N°s 568, n. 3; 573, n. 3, 7; 706, n. 2).

<sup>1</sup> Ce mot, qui a été ajouté plus tard, n'est pas de la main de Calvin ou de Farel, mais de celle de Nicolas Colladon, qui aida Th. de Bèze à préparer le premier recueil de la Correspondance de Calvin, publié à Genève en 1575.

<sup>2,3</sup> On ignore si *Viret* avait annoncé par une lettre l'intention de visiter à Bâle ses deux collègues exilés. Voulait-il simplement leur donner un

fruendæ immodica cupiditas illuderet, ut te ad corripiendum maturè iter potiùs cohortari studerem, quàm à suscepta sententia deducere. *Grynæo* autem et *Farello* protinus in mentem venit quod res habet : plurimum esse periculi, ne plus invidiæ tibi inde conflaretur, quàm voluptatis ad nos rediret. Quare obviàm eundum, si quâ liceret, censuerunt. Ego quoque monitus eorum sententiæ accessi. Ergo, frater, hoc tibi communiter denunciamus, *malle nos fructu colloqui tui, alioqui optatissimo, in præsentia carere*<sup>3</sup>, quàm te materiam offensionis hoc tam alieno tempore ullis præbere, quos publici Ecclesiæ boni tibi esse propitios, aut saltem non apertè infestos<sup>4</sup>, referat. Plura libebat, sed quæ non nisi certo nuncio committenda erant. Vale. *Comitem* et *Jacobum*<sup>5</sup> nobis plurimum saluta. Basileæ, 20 Jullii (1538).

FARELLUS TUUS. CALVINUS TUUS.

(*Inscriptio* :) Charissimo fratri Petro Vireto, ministro Lausannensis ecclesiæ<sup>6</sup>.

témoignage de sympathie, ou bien avait-il été prié par leurs amis de Genève de tenter des démarches à Bâle, Zurich, etc., pour obtenir la réintégration de ces deux pasteurs (Voyez N° 729, renvoi de note 13)? Les documents existants se taisent là-dessus. Il ne paraît pas d'ailleurs que *Viret* ait réalisé son projet de voyage.

<sup>4</sup> Allusion aux magistrats genevois.

<sup>5</sup> *Béat Comte*, second pasteur, et *Jacques Foles*, diacre de l'église de Lausanne (Voyez l'Index du t. IV.)

<sup>6</sup> La page qui porte l'adresse est couverte de notes théologiques de la main de *Viret* : c'est le plan d'un travail sur la prière.

## 728

W.-F. CAPITON à Guillaume Farel, à Bâle.  
(De Strasbourg, vers la fin de juillet 1538.)

J. Calvini Epistolæ et Responsa. Genevæ, 1575, p. 7.

Gratiam et pacem! *Ejectio ista ignominiosa non est, neque tantopere nocitura Ecclesiæ Domini ac nos formidabamus. Nam de vobis neque hostes existimati aliud prædicant, quàm zelum ferventiorum. Peritiores verò rerum ecclesiasticarum cernunt, in causa fuisse totam cohortem ministrorum Evangelium docentium sine disciplina, imò nescientium an disciplina sit in Ecclesiam revocanda. Ociosam enim functionem quidam tueri malunt quàm fructuosam; quidam licentiam pro Christi libertate induxerunt, quasi ab Evangelio stent quicumque jugum pontificium abjecerint! Aliqui verò, id est plerique omnes, animadvertentes rem Christi in dies abire in pejus, optarent quidem restitutam auctoritatem ministrorum, sed aut veram ejus reparandæ rationem ignorant, aut eam videntes desperant prorsus<sup>1</sup>. Ex quo nostræ ecclesiæ omnes ad unam sine disciplina sunt ecclesiis necessaria. In qua re, quid incommodi vobis, quid improbis ansæ ad turbandos datum, in manibus habemus. Auditis enim: « Tyranni esse voluistis in liberam ecclesiam; voluistis novum pontificatum revocare. » Atque id genus*

<sup>1</sup> Pierre Viret écrivait à Bullinger, le 20 février 1540 : « Cupimus disciplinam, sed quoad ejus fieri poterit simplicissimam, purissimam et nihil ab apostolica variantem et viris verè apostolicis. Qua verò via aggrediamur hoc negotium, unde incipiamus, quorum labore, industria, fide, diligentia et favore ad hanc rem utamur, quid proponamus et delibermus, in tanto affectuum æstu, sinistris suspicionibus, religionis neglectu, haud nobis satis compertum est. Morbos sentimus et cognoscimus, sed plus valet arte malum.... » Voyez aussi la lettre de Capiton à Farel du 9 août 1537 (N° 649).

*contumeliarum*, repugnante animi iudicio, *in vos jactant seditiosi. Fratres autem quos putatis extrema vobis admolitos, nihil habent, quàm quod de vehementia queruntur*<sup>2</sup>.

Ah! mi frater, velim scires, quo sudore hinc volvam idem saxum. *Bucerus* est totus in publicis et amplis rebus tractandis summa animi contentione; respectat ad nostram ecclesiam tumultuanter, neque enim ei curæ vacare poterit<sup>3</sup>. Rectè tamen præscribit nunc aliis: de qua re Domino gratiam habeo. Ego qui reputo mecum, qua in parte ecclesiæ et quibus præsim, pastorem reipsa agere nonnihil conor. At quantæ procellæ à symmystis et à senioribus in partem curarum vocatis! Nam semper existimant, ad nos nihil attingere, quid quisque agat, quasi nihil sit quod Christus ait, « ovem centesimam aberrantem investigandam esse, » et ea ejus quærendæ ratio non sit quam ibidem præscripsit Christus: « Corripe inter te ipsum, adhibe testem admonitionis, dic Ecclesiæ, sit ut ethnicus, etc. » Devoranda sunt multa indigna, sed interim hoc solatii Dominus dedit, ut optimo symmysta<sup>4</sup> stipatus sim, patientissimo audientiarum contumeliarum. Deinde non successit infelicissimè, et quos putabamus deploratissimos, eos invenimus obsequentissimos consiliis melioribus.

Quid multis? *Dominus videre dat, quid sit agere pastorem, et quantum præcipiti iudicio vehementiaque inconsulta abjiciendi ita Pontificis, nocuerimus. Nam frænum prorsus excussit multitudo, quæ assuetâ est et educata propemodum ad licentiam: quasi auctoritatem pontificiorum frangendo, vim Verbi, sacramentorum et totius ministerii evacuaremus. Nam clamant: « Teneo satis Evangelii, ipse scio legere; quorsum mihi tua opera? Prædica volentibus*

<sup>2</sup> Capiton veut parler des pasteurs de la ville de Berne (Passage à comparer avec le premier paragraphe du N° 691).

<sup>3</sup> Jacques Bedrol, professeur à Strasbourg, s'exprimait ainsi sur le compte de *Bucer*, dans une lettre écrite près de Lindau le 13 juillet, sans millésime, mais qui appartient certainement à l'année 1538: « *Bucerus* satis commodè valeret, si ab insanis istis occupationibus nonnihil sibi temperaret; verùm quia semel Ecclesiæ se totum consecravit, istius rationibus curandis immori destinavit, *puppis et prora non tantùm nostre ecclesiæ, sed et aliarum*, utcunq̃ pleræque id minùs agnoscant. Cum abirem, agebat animam filiolus ipsius, nondum duos menses natus » (Lettre autog. adressée à Vadian. Bibl. de Saint-Gall).

<sup>4</sup> *Matthias Zell* (Voyez le N° 183, note 27. — J.-W. Baum. *Capito und Butzer*. Elberfeld, 1860, p. 195, 197, 204, 208. — La lettre de *Bucer* à Ambroise Blaarer, écrite vers le 13 janvier 1534. Copie. Coll. Simler).



*audire, deferas eisdem optionem amplectendi quod velint.* » Justum erga me iudicium Domini, quo erudior, ad verbi Dei virtutem penitiùs inspiciendam, ad omnem ordinem Dei intelligendum! *Ergo quia res difficilis reparatio disciplinæ, et nostris ecclesiis insolens, invisâ carni et sanguini, aut non animadversa, aut neglecta synergis, neque extra Lutheri ecclesiam una uspiam sit rectè instituta, miraremur, quòd vos duo semel tantam urbem reformare non potueritis ?*

Sic in negotii difficultatem rejicere causam præstiterit, et ita solent ferè vel mediocriter periti rerum ecclesiasticarum. Sunt tam crassa vitia in multis, ut jure boni offendantur : sed cum eos Deus vocatione atque officio dignatur, quid faciemus nos homunciones ? Scimus quanti detrimenti ac damni sit vel simultatulam superesse in Ecclesia : et experimur Satanam nihil æquè admodum, quàm ut eâ latè pertentet sanctissimos, quò pertrahantur in contentionem, vel specie promovendi Evangelii. Docuit me id Christus meus experiundo munus pastorium. Neque dubito, quin sis expertus ampliora meis periculis.

*Vocatus es ad Neocomum, ecclesiam primam tui ministerii*<sup>5</sup> : sequaris Dominum, utut secus tibi, sic debilitato gravissimis fluctibus, videatur. Propone animo eum populum unicè commissum. Jura alios sine offensione (quantum vales) honorum, exemplo ecclesiæ ac ministerii tui provocentur alii, ambobus defixus in Deum præsentem, qui ex præscripto suæ vocationis ad ædificationem quenque vult agere, et videbis, mi frater, tantum successum, quantum sperare nullus potuisset. *Dura patientia nobis opus est in hac dissolutione qua versamur, et animi vincendi agglutinandique Christo rationibus charitatem redolentibus, quæ temperamentum est ardentis animi, cum nos admonet iudicii syncerioris, ut quenque æstimemus ex ejus affectu corrigendum.* Vale<sup>6</sup>.

<sup>5</sup> Capiton oubliait qu'avant de fonder l'église de Neuchâtel, Farel avait exercé le ministère évangélique pendant près d'un an à *Montbéliard*, et plus de trois ans à *Aigle*.

<sup>6</sup> La date est déterminée par le fait que la présente lettre ne trouva plus *Farel* à Bâle, et que Jean Calvin, qui la reçut en son absence, la lui expédia le 4 août (Voyez le N° 731).

## 729

[MARTIN BUCER <sup>1</sup>] à Jean Calvin, à Bâle.  
(De Strasbourg, vers le 1<sup>er</sup> août 1538 <sup>2</sup>).

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 113. J. Calvini Epistolæ et Responsa. Genevæ, 1575, p. 364. Calvini Opera. Brunsvigæ, t. X, Pars II, p. 218.

Gratia et pax! *Ternis tuis literis* <sup>3</sup> hæc tandem, vir et frater amantissime et colendissime, respondeo. Pium est votum *fratrum Genevatium* <sup>4</sup>, et *nostrî* <sup>5</sup> sine officii prætermissione deesse voto illorum non possunt. Ea autem est nostrorum infirmitas, ut credant *Bernates* hic nihil negligere. Et *mirum quàm persuaserint sibi Bernates Genevæ omnia rectè habere* <sup>6</sup>. *Antonium* audio et *Morandum* et doctrina et synceritate eximios haberi <sup>7</sup>, qui haudquaquam

<sup>1</sup> Le manuscrit original manquant du second feuillet, où devaient se trouver la date et la signature, Théodore de Bèze, premier éditeur des *Calvini Epistolæ et Responsa*, a dû rechercher quel était l'auteur de la présente lettre, et il s'est imaginé que c'était *Simon Gryneus*. Nous la restituons à *Bucer*. Son écriture, si caractéristique, le style et les autres témoignages internes, tout s'accorde en faveur de notre assertion (Voyez les notes 15, 17, 26).

<sup>2</sup> Les nouveaux éditeurs de Calvin placent cette lettre de Bucer entre le 5 et le 10 juillet 1538. Certains détails, que nous indiquons dans les notes 8, 17, 26, 27, nous semblent prouver qu'elle n'a pu être écrite que vers la fin du même mois.

<sup>3</sup> Ces trois lettres de Calvin sont perdues.

<sup>4</sup> Voyez la note 13.

<sup>5</sup> Les magistrats strasbourgeois.

<sup>6</sup> Bèze a supprimé cette phrase et la précédente, parce qu'elles auraient pu offenser Messieurs de Berne.

<sup>7</sup> C'est-à-dire, telle est leur réputation auprès du gouvernement de Berne. L'opinion publique, en effet, était très-favorable à *Antoine de Marcourt* (N° 719). Quant à *Jean Morand*, ancien docteur de Sorbonne, récemment appelé à des fonctions pastorales (N° 717, n. 29), les Ber-

dissimulaturi sint, si quid peccetur gravius a *Genevatibus*<sup>8</sup>. Equidem nec scio quid agatur *Genevæ*, nec quales homines *isti duo* sint; verum dum non à vobis modò, sed à nostris etiam hominibus didici, qui rerum modò *Genevæ* potiuntur, eos a Christi studio alienos esse<sup>9</sup>, tum in vos<sup>10</sup> et disciplinam ecclesiæ admisisse tam atrocia, valde vereor et meritò, ut istis rempublicam gubernantibus religio et disciplina morum miserè habeat. Qui enim non est cum Domino, et cum eo [non] colligit, is est contra eum et dispergit. Jam successoribus vestris rem tolerabilem esse depulsos pastores gregis Dominici à grege suo tanta perversitate, tanta importunitate, documento est eos aut non intelligere quid sit esse pastorem gregis Dominici, aut valde aversum a Christo animum habere. Sed quàm tolerabile illis sit vos à grege Domini depulsos eo furore, nescio. Dominus donet illis hic<sup>11</sup> sensum suum! Ut verò nunc res habent, nihil est<sup>12</sup>, quod de *legatione illa*<sup>13</sup> nobis polliceri valeamus. Dominus pia illa pectora servet et viam eis<sup>14</sup> ostendat et expediat, qua ecclesia illa verè restituatur!

Hæc ad primas literas. Alteræ nihil quàm in[n]ocentis et verè pii adolescentis, confessoris Domini, commendationem in se contine-

nois, quoiqu'ils fussent encore peu renseignés sur son compte, n'avaient pour lui que des procédés bienveillants (N° 733 bis, notes 5 et 11.)

<sup>8</sup> Dans le texte de Bèze : *Genevensibus*. *Marcourt* avait dû arriver à *Genève* vers la fin de juin. Le 8 juillet, sa pension fut fixée à 300 florins, « voyant (dit le Registre du Conseil) qu'il a grosse charge de femme et d'enfants ». Ce fut seulement le 6 juillet que Messieurs de Berne firent savoir à *Morand* qu'il était libre d'aller s'établir à *Genève*. Il faut donc admettre qu'il s'écoula au moins deux semaines entre ce moment-là et celui où *Bucer* put être informé que ces deux pasteurs étaient entrés en fonction comme successeurs de *Farel* et de *Calvin*.

<sup>9</sup> Les premiers actes officiels du gouvernement genevois, après l'exil de *Farel* et de *Calvin*, n'annonçaient pas des dispositions hostiles à la Réforme (Voyez *A. Roget*, op. cit., I, 115-119).

<sup>10</sup> Bèze ajoute ici *etiam*, qui n'est pas dans l'original.

<sup>11</sup> Ce mot est supprimé dans le texte de Bèze.

<sup>12</sup> Bèze : *non est*.

<sup>13</sup> Cette *ambassade* devait sans doute, d'après le vœu des Genevois restés fidèles à leurs trois pasteurs exilés, être envoyée aux gouvernements des villes évangéliques (*Berne*, *Bienne*, *Zurich*, *Bâle*, *Strasbourg*), afin d'obtenir, par leur intercession, la réunion d'un synode (*conventus*) qui déclarerait, après examen, que les susdits pasteurs avaient fidèlement administré leur charge (Voyez le renvoi de note 27, à comparer avec le N° 722, renvoi de note 6, et la lettre de *Farel* du 8 août).

<sup>14</sup> Dans le texte de Bèze, *illis*.

bant, cui ego adfui pro mea virili et adero. Ipse, puto, scribet, sic enim statuit. Jam ad tertias. Post multam deliberationem huc devenimus, *Capito, Sturm, ego*<sup>15</sup> : nisi luculenta<sup>16</sup> spes objiciatur fructus alicujus majoris quàm ex ocio tuo et simul eo negotio quod te Christo hic suscipere cupimus, *adhuc censemus te debere ad nos venire*<sup>17</sup>. Parvus quidem hic numerus est eorum quibus servias<sup>18</sup>; inter hos autem sunt in quibus multum fructus speres, tum etiam qui tua cura valde indigeant. Denique quaecunque ministerium hic sit, confidimus non inutile fore<sup>19</sup> ad illud, ut opus Domini quod *Sabaudicis ecclesiis*<sup>20</sup> per tuum ministerium exhibitum est, in suam

<sup>15</sup> Le texte de Bèze porte *et ego*. Supposons pour un instant que *Grynæus* soit l'auteur de la présente lettre. De deux choses l'une, elle aura été écrite de Bâle ou de Strasbourg. Dans cette dernière alternative, Calvin est resté à Bâle; *Grynæus* a fait à Strasbourg un voyage qui n'est mentionné nulle part, même par allusion; il a délibéré dans cette ville avec *Capiton et Sturm*, mais (chose surprenante) il ne prononce pas même le nom de *Bucer*, à propos d'une conférence dont chaque détail devait intéresser *Calvin*.

La lettre a-t-elle été écrite à *Bâle* même, après que *Grynæus* y est revenu? Alors les invraisemblances se multiplient. Si Calvin est resté à *Bâle*, pourquoi le renseigner par écrit? Et quel sens aurait cette phrase: Nous sommes encore d'avis que vous devez nous rejoindre (*ad nos venire*)? Tout s'explique, au contraire, de la manière la plus naturelle, quand on admet que la lettre est de *Bucer*.

<sup>16</sup> Bèze : *luculentè*.

<sup>17</sup> Le mot *adhuc* fait penser involontairement à une occasion précédente, où les théologiens strasbourgeois auraient déjà sollicité *Calvin* de s'établir au milieu d'eux. Cette occasion, il l'indique lui-même dans sa lettre du 10 juillet (N° 722), écrite de *Strasbourg*: « J'ay esté tant sollicité, dit-il, par les deux de ceste ville, que pour les satisfaire j'ay faict ici un voyage.... Il ne tient pas à *ceulx de ceste ville* que je ne suis leur hoste.... » Puis il ajoute : « Je me retirerai à *Bâle*, attendant ce que le Seigneur voudra fère de moi. » Or, il nous semble que le mot *adhuc* et les adjurations par lesquelles *Bucer* termine la présente lettre ne s'expliquent bien qu'*après* le susdit voyage de *Calvin* (Voyez plus loin la note 26). Si cette opinion est admise, il en résultera nécessairement que les trois lettres de *Calvin*, mentionnées plus haut par *Bucer* (renvoi de note 3), furent écrites *après* son retour à *Bâle*, c'est-à-dire, au plus tôt après le 12 juillet, ce qui reporterait à la fin du même mois la date de la présente réponse.

<sup>18</sup> Texte de Bèze : *servies*.

<sup>19</sup> Texte de Bèze : *confidimus id non inutile fore*, etc.

<sup>20</sup> La plus grande partie du Pays de Vaud, le territoire de Genève et le Chablais étaient encore désignés sous le nom général de *pays de Savoie*.

fidem et auctoritatem restituatur. Id enim nunquam sine offensa Dei cogitaveris <sup>21</sup>, te ministerio vel tantillo tempore subducere, dum ullus ministerii locus offeretur. Fac esse quòd tua unius gravissima culpa res Christi sic labefactatæ <sup>22</sup> sint *Genevæ*, non tum <sup>23</sup> pia erit ejusmodi pœnitentia, qua in ista ministrorum qui idonei sint inopia, tu istis dotibus non tibi sed ecclesiis ornatus, oblatum ministerium repudies <sup>24</sup>!

Quod ad *Farellum* attinet, nos liberè ei scriberemus, nobis videri, nec ecclesiæ <sup>25</sup> nec tibi utile, te eo loci nunc agere ubi acceptum vulnus cottidie novis incisionibus exacerbaretur <sup>26</sup>. Eas siquidem accepimus literas *Bernâ*, ut hoc tempore *conventum nullum* impetrari posse apereat <sup>27</sup>; nec audimus res meliùs habere *Genevæ*, aut officium facere *vestros successores*. Jam metuo illis, an iudicio <sup>28</sup> gravissimo illo Domini, ne si scientes et prudentes desint officio in tanta ecclesiæ afflictione, tradantur in sensum reprobum, ut in dies

<sup>21</sup> Texte de Bèze : *cogitandum*.

<sup>22</sup> Bèze : *labefacta*.

<sup>23</sup> Bèze : *tamen*.

<sup>24</sup> Le 20 octobre 1538, Calvin citait de mémoire ce passage dans les termes suivants : « Quand les plus modéréz me menacent que le Seigneur me trouveroit aussi bien que Joñas, et quand ilz viennent jusques à ces parolles : « Finge tuâ unius culpâ perditam ecclesiam, quæ tum melior pœnitentiæ ratio quàm ut te Domino totum exhibeas? Tu istis dotibus præditus, qua consciëntia oblatum ministerium repudies? », etc., — je n'ay sceu que fère, sinon de leur proposer mes raisons, etc. »

<sup>25</sup> Texte de Bèze : *nec ecclesiis*.

<sup>26</sup> Texte de Bèze : *exacerbetur*. Le 4 août suivant, Calvin écrivait à Farel, à Neuchâtel : « Ex literis Buceri videbis quid jam sentiat. Et alia quedam ad *Grynæum* scripsit, quibus legendis nondum data occasio. » Et plus loin : « Legi postea *Buceri literas* [ad *Grynæum* scil.], ubi diligenter cavendum monet ne simul jungamur.... Quin etiam optat ut eò concedam, *ne crebris rumoribus ingenium hoc irritabile conturbetur*. » Les mots « *ingenium hoc irritabile* » désignent évidemment *Calvin*.

Ces deux épîtres de Bucer, écrites l'une à Calvin, l'autre à *Grynæus*, et à la même occasion, devaient naturellement présenter quelque analogie. Aussi trouvons-nous dans les passages précités une allusion indirecte à la présente lettre. D'où nous concluons que celle-ci était toute récente, quand elle fut communiquée au réformateur de Neuchâtel. Autrement, Farel l'aurait déjà lue à *Bâle*, d'où il ne partit que vers le 25 juillet.

<sup>27</sup> Bèze a supprimé cette phrase. Le *conventus* auquel Bucer fait allusion est le synode dont *Calvin*, à la datè du 10 juillet, espérait encore la convocation (N° 722, renvoi de note 6).

<sup>28</sup> Texte de Bèze : *à iudicio*.

designent atrociora. Hæc verò si eveniant (quod Dominus avertat!) quid aliud erit te in ea vicinia<sup>29</sup> constituere, quàm te jugi dedere carnificinæ? Meritò enim ista cujusquam sancti et pro domo Domini zelantis animum lancinant et excruciant<sup>30</sup> summopere. Sed sit, ut mitiùs agat cum illis Dominus, adhuc tamen nescio unde speremus<sup>31</sup>, non adhuc plus<sup>32</sup> malorum extitutum illic quàm tu etiamnum ferendis<sup>33</sup> sis. Adderemus nolle nos detinere<sup>34</sup> te nostro tam parvo ministeriolo, sed tantum in eo cupere<sup>35</sup> spatium tibi dari te plenius ab illo vulnere recipiendi<sup>36</sup>. Hæ[c] sanè<sup>37</sup> apposita nunc quidem haberemus, donec aliud tempus aliud consilium afferret. Vale in Domino, charissime Calvine, semper.

Grynæus [I. Bucerus] tuus.

## 750

W.-F. CAPITON à Guillaume Farel [à Bâle<sup>1</sup>].

De Strasbourg, 2 août 1538.

Inédite. Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.

S. D. *Gratulor tibi in Domino, frater plurimum suspiciende, rotationem, tam honestam et sanctam, qua reditio fit ad primum speci-*

<sup>29</sup> Bèze : *in eo loco*. Les mots *in ea vicinia* font allusion à la ville de Bâle, où l'on recevait fréquemment des nouvelles de Genève.

<sup>30</sup> Ibidem : *lancinant et excrucient*.

<sup>31</sup> Ibid. : *sperarem*.

<sup>32</sup> Ibid. : *non plus adhuc*.

<sup>33</sup> Ibid. : *ferendo sis*.

<sup>34</sup> Ibid. : *Adderemus et nolle nos detinere te*.

<sup>35-36</sup> Ibidem : *Sed tantum te cupere spatium tibi dari, te plenius ab illo labore recreandi*.

<sup>37</sup> Ici s'arrête le manuscrit, au bas de la seconde page. Ce qui suit a été suppléé par Théodore de Bèze.

<sup>1</sup> La lettre fut adressée par erreur à *Bâle*, d'où *Farel* était parti environ huit jours auparavant (Voyez la note 6).

*men apostolatus tui.* Atque hoc magis gaudeo ecclesiis, quod literæ tuæ proximæ<sup>2</sup> testentur, te querelas tuas uni mihi concedere. Nam inde facio conjecturam in hoc te esse, cum offensiones incidunt, ut non in homines qui leserunt, sed in Sathanam authorem respicias : quem fortissimè repellimus, cum agnitione nostrî quatenus nos apud Deum in culpa sumus, Christo nostro confitemur. Quemadmodum nullam in ministerio meo turbam nullamque malorum impressionem ferè sustinui, cujus causam non aliquam dedi. Id postea corrigo, precibus me apparando diligentius ad actiones ecclesiasticas. Hac Dominica graviter oblesi (*sic*) multos, recta docens, sed nescio quo imperio, quaque asperitate carnis. Et tamen non memini verbi quod dictum nolim; mallet autem ut omnia Spiritu magis condulcorata fuissent.

Sic me tibi, mi Farelle, totum prodo, ut hac mala imagine proposita, exempla aliis de te præbeas absolutiora. *Querelis et apologiis nostrum agimus negotium, specie pietatis* : quam ansam Satanas apprehendens miras turbas in veteri Ecclesia semper excitavit. Ergo mihi hunc posui canonem : *Abstine, patere.* Vito talionem, tolero improbos, sed ut queam [tolerari?] quoties me ad pedes Christi mei abjicio. Nam in me indigna plurima sæpius incidunt, etsi non in tam immeritum quàm tu es. Video re veluti presente, quòd aciem telorum contundat Deus muro patientiæ, mirificaque ratione nos silentio purget aspersos convitiis, victoresque evadamus non repugnando. Quæ sanè *victoria crucis* est; testimonium conscientiæ infirmari à mundo nequit. Id in apertum Dominus, cum videbitur, deducet. Sed et illud egregiè piùm quod pro reputatis hostibus oras. Quid posses ecclesiis et tibi salubrius? Inde olim cernes quæ nunc non vides, ut revelatio Spiritus auctus suos habeat, et, quod aiunt, dies diem doceat : experientia summum firmamentum est, in quam de omnipotentia Dei et ejus benevolentia usu rerum magistro venimus. *Disces in momenta singula quid et quantum Deus velit, quid privato, quid in potestate constituto, quid ministro et symmistæ, et quid mali [l. malo] symmistæ officii debeatur*<sup>3</sup>. Nam omnia ad ædificationem, et quæcumque res suum tempus habet.

<sup>2</sup> Allusion à une lettre que Farel dut écrire de Bâle, après avoir accepté l'appel des Neuchâtelois. Nous ignorons si elle a été conservée.

<sup>3</sup> L'impétueux Farel avait critiqué en chaire certains actes des magistrats genevois (N° 694, fin de la note 2). Capiton touche déjà à cette question dans sa lettre précédente (N° 728, quatrième paragraphe) quand

Egregiè ob oculos ponis *spem disciplinæ reparandæ*. Putant esse servitatem obsequi Christo et verbo Domini. Quiritantur obsistendum in tempore, ne nos jugum cervicibus obtundamus. At nos conscientias à tyrannide humanarum traditionum liberavimus. Illi interpretantur frena carni permissa esse, nec locum esse fratri delinquentem corrigenti, neque pastori munus exercenti erga oves concreditas, quasi Christianismus profiteretur impunitatem scelerum et flagitiorum. In eodem vestigio hîc laboratur, etsi non æquali nisu <sup>4</sup>. O frater, quid hîc premo malorum quod in dies objicitur! Cui non cedam, neque tamen præter officium refragari consilium est; voluntatem hanc moderatam non assequor, sed voluisse abundè est, quod est argumento id a Domino collatum esse. Summa : ecclesiæ reparabuntur invito Satanae (*sic*) et ministris ejus, nisi nos precari cessaverimus. Habemus apud nos qui nimium solliciti sunt, quis tyrannus quam nationem premat. Nostrum est curare ut in oppressis regnet Christus in gloriam Patris, quò cæteri melioris vitæ exemplo, ad doctrinam veritatis invitentur. Deinde laboratur apud quosdam nimio studio sua placita defendendi; adversus hanc tentationem obmunio me Pauli moderatione, nihil profitentis in Ecclesia quàm Christum crucifixum. Furias licet videre, cum nostris affectibus Scripturæ locus aliquis suffragatur, neque devotiùs usquam pugnatur, quàm cum Dei causa nostra, id est carnis nostræ, sit. Ita malo non reprehendere damnatum episcopum, quàm proprio studio reprehendere. Quare, mi Farelle, vos dabit operam, ut oblivione peccata adobruatis, quia ministros alios eorum memoria repetita exagitat aut apud nos dejicit <sup>5</sup>. Nam

il dit : « Sunt tam crassa vitia in multis, ut jure boni offendantur : sed cum eos Deus vocatione atque officio dignatur, quid faciemus nos homunciones? » Quant aux « mauvais collègues, » on sait que Farel avait attaqué vivement, mais avec loyauté, ceux qui ne faisaient pas leur devoir. Citons, par exemple, *Guillaume du Moulin, Arbaleste, Glantinis, Lambert, Froment et Caroli*.

<sup>4</sup> Voyez les N<sup>os</sup> 649 et 728. *Bucer* écrivait déjà de Strasbourg à Blaarer, le 3 février 1534 : « *Disciplinam ecclesiasticam* molimur indefessè quidem, at non segniùs resistit Satan per suos, quos et multos habet et magnos. *Engentinus* nihil nocere posset, si non multi in hac sententia essent, *libertatem Christi* esse *licere quod libet*. Videas nihil faciliùs persuaderi, quàm disciplinam esse novum Papatum » (Copie. Coll. Simler, à Zurich). Voyez aussi la lettre adressée par *Capiton* aux Genevois, en mars 1539.

<sup>5</sup> Cette phrase incorrecte et obscure est probablement relative aux successeurs de Farel et de Calvin à Genève.



spiritus Christi non est promptus ad abjiciendum, sed ad condonandum, ad revocandum errantem, ad ferendum injuriam privatam, ut publicè prosit. Fac, illorum patrocinio regnant alibi impii. Quid, obsecro, corriges? quid medeberis, cui Dominus ut faceres id negasse videtur? Quid? quum qui mali modò in melius brevi commutari queant, aut etiam boni, aut certè sanabiles sint quos pro deploratis nos habemus. Occulta sunt enim judicia Dei.

Orabo Dominum igitur ut *cursum utriusque* ad gloriam nominis sui perducatur ad finem inoffensè. Nam quorundam levitas pestis maxima est ecclesiis, qui speciem operum honorum citò [l. ita?] damnant, ut apertam videantur statuere malitiam. Quorum consilia carnis sunt, vel Satanæ potiùs, à quibus Ecclesiam Dominus liberet! Quos non dubito potiùs fore pontificios quàm ut humeros subdant jugo Christi. Tu, mi frater, boni consulas hominis minimè fucati simplices cogitationes planèque indigestas, et *hostes tuos, calumniantes vos ceremoniarum seditiosam servitutem moliri, affirmando christianam libertatem, mendacio arguas*, ita tamen ut soles, ne vinculum disciplinæ solutum renectendum neges cum pseudévangelis nostris. *Calvinum, organum Christi elegantissimum*, salvere jubeo<sup>6</sup>. Vale. Argen.[tinæ] 2. Augusti, anno 1538.

V. CAPITO.

(*Inscriptio* :) Wilhelmo Farello, ministro Christi assiduo, amico et fratri sibi in Domino suspiciendo<sup>7</sup>.

<sup>6</sup> Capiton croyait que Farel n'avait pas encore quitté la ville de Bâle, puisqu'il le charge de saluer Calvin. Celui-ci prit connaissance de la lettre de Capiton et l'expédia à Farel le 4 août (N° 731, renvoi de note 19).

<sup>7</sup> On lit sur la même page l'annotation suivante, écrite de la main d'Olivier Perrot, l'un des plus anciens biographes de Farel : « Capito, Hallerus, Grynæus, Myconius. »

## 731

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Bâle, 4 août 1538.

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Opera.  
Brunsvigæ, t. X, Pars II, p. 228.

Gratia Domini tecum! Is qui equum reduxerat pollicitus fuerat se triduo post rediturum<sup>1</sup>. Hunc cum elapsis quinque diebus expectare desiissem, coepi de reperiendo nuncio esse sollicitus. Non enim dubitabam, quin simul ac visum tibi foret æquo longius silentium, incuriæ ac ignaviæ imputares. Sed dum in ea sum cogitatione, hic nuncius statim adfuit, qui biduo antequam demigraret indicavit mihi suum abitum. Ad literas tuas. Quoniam accuratam rusticitatis tuæ deprecationem apud *Grynæum* mihi imperabas<sup>2</sup>, obsecutus sum sedulo. Ubi ad prandium ventum est, narraui *Grynæo* me ex literis tuis<sup>3</sup> perspexisse moram solitæ tuæ festinationi ex pluvia injectam, quod lentiùs equitando recordatus esset se esse rusticum<sup>4</sup>. Post et literas tuas legi, et ex meo addidi quod ad seriam excusationem facere videbatur. Apud eum tantum abest ut purgatio necessaria fuerit, ut intempestivam tuam anxietatem lepidè

